Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0002-0

8769

26

1768 7

Q. D. B. V

THESES IVRIS CONTROVERSI

# DE INDEBITO EIVSQVE CONDICTIONE

QVAS

PRAESIDE

GEORGIO FRIDERICO KRAVSIO D

CODICIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORE

D. II. DECEMBRIS A. R. S. CIƆIƆCCLXVIII

IN AVDITORIO MAIORE

PVBLICE DEFENDET

GOTTLOB FRIDERICVS FLORENS WEIDLERVS

VITEMBERG. SAXO

*VITEMBERGAE*

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

ACAD. A TYPIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0003-6

## Theſis I.

Inutile eſt pactum a ſoluente adiectum, vt reddatur ſolutum, ſi indebite datum appareat.

v. *L. 2. princ. D. de condict. indeb.* j. *L. 3. C. de fideiuſſor.* add. LAVTERBACHIVS *in Coll. Pand. theor. pract. L. XII. Tit. VI. ſſ. IV. et V.* itemque STRYKIVS *in Vſu Pand. mod. eodem tit. ſſ. 1.*

## Theſis II.

Quod pupillus infantia maior ſine tutoris auctoritate promiſit et ſoluit, natura-

turaliter quidem indebitum non eſt: perinde tamen ſolutum illud condici poteſt, ac ſi naturaliter haut fuiſſet debitum.

conf. *L. 41. D. de condict. indebiti. L. 59. D. de obligat. et action.* jung. *L. 21. D. ad L. Falcid. L. 1. §. 1. D. de nouation.* add. VINNIVS *in Commentar. ad §. 9. I. de inutil. ſtipulat.*

## THESIS III.

Non accurate docet Tribonianus in *§. 1. I. quibus mod. re contrah. obligat.* quod indebitum accipiens perinde teneatur, quam ſi mutuum accepiſſet. Vnde quoque indebite ſolutum minus recte ab interpretibus vocari ſolet promutuum.

Aliquas differentias inter mutuum et indebite ſolutum commemorat STRYKIVS *in Vſu mod. Pand. loc. ſub theſi I. citat. §. 2.*

THESIS

## Thesis IV.

Qui indebitum ex errore facti, vel iuris, accepit, non tenetur ad illud reſtituendum, ſi, quod datum eſt, ſine eius culpa perierit.

arg. *L. 26. ſ. 12.* et *L. 65. ſ. 8. D. de condict. indebiti.* Iung. *L. 25. ſ. 6. D. de hereditatis petitione.*

## Thesis V.

Qui illud, quod ſub die certo debebat, ante diem ex errore ſoluit, non poteſt condicere interuſurium.

diſſentit STRYKIVS *in vſu Pand. mod. Lib. XII. Tit. VI. ſ.* 2. et obſtare quoque videtur inprimis *L. 10. ſ. 12. L. 17. ſ. 2. D. quae in fraud. cred.* Sed conf. LAVTERBACHIVS *in Coll. Pand. L. XII. Tit. VI. ſ. X.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0007-8

## Thesis VI.

Qui dubitans, num debeat, nec ne, ſoluit, condictionem indebiti merito ſaluam habet.

obiic. arg. *L. 32. §. 1. D. de vſurpat. et vſucap. L. 6. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* Conf. *L. vlt. C. de condictione indebiti.*

## Thesis VII.

Vſuras quincunces ex errore ſoluens, cum ex pacto quadrantes duntaxat vel trientes debuiſſet, exceſſum illum vſurarum ſolutarum neque condictione indebiti repetere, neque ſorti imputare poteſt.

obiic. *L. 26. princ. D. de condict. indeb.* verbis: *Si ſupra legitimum modum ſoluit.* Sed vid. A LEYSER *Med. ad Pand. Specim. CXLVIII. med. VII.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0008-4

## Thesis. VIII.

Qui per iniquam iudicis ſententiam abſolutus, ex errore ſoluit, non habet repetitionem.

Operoſe diſſentit SAMVEL DE COCCEII *in iur. ciuil. controuerſ. Lib. XII. Tit. VI. quaeſt. XI.* Conf. tamen *L. 28. et L. 60. D. de condict. indebiti.*

## Thesis IX.

Ne hodie quidem uſuras ſimul petere poteſt indebitum condicens, niſi eas, quae ex mora debentur.

Diſſentire videtur SCHILTERVS *Exerc. ad Pand. XXIV. ſ. XXXVIII.* et LVDOVICI *in doctrin. Pandect. Lib. XII. Tit. VI. ſ. XVI.* Vid. tamen A LEYSER *loco ſub theſ. VII. citato, med. IX.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0009-3

## Thesis X.

Ne renunciatio quidem ſpecialis condictionis indebiti excludit hanc actionem, niſi ſuper errore fuerit transactum.

Iterum diſſentire videtur LVDOVICI *ad praeced. theſin allegatus* *§*. *vlt*. Sed, vid. HEINECCIVS *in Elem. Pandect. P. III.* *§*. *LXI.* add. quoque WERNHER *ſelect. obſeru. for. P. II. obſ. CCCLIV.*

VD 18

ULB Halle 3
005 361 745

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0011-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0012-6

26
1768 7

Q. D. B. V

ESES IVRIS CONTROVERSI

DE

# EBITO EIVSQVE CONDICTIONE

QVAS

PRAESIDE

RGIO FRIDERICO KRAVSIO D

PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
ROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI
NATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ASSESSORE

I. DECEMBRIS A. R. S. CIƆIƆCCLXVIII

IN AVDITORIO MAIORE

PVBLICE DEFENDET

OB FRIDERICVS FLORENS WEIDLERVS

VITEMBERG. SAXO

*VITEMBERGAE*

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII
ACAD. A TYPIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-417204-p0013-1